

Mar. 2. 4. 3
Luc. 5. d. 18
Mar. 5. h. 14
Luc. 5. f. 27
O. 16. c. 6.
G. 12. h. 7.
1. Tim. 1.
c. 17.
Mar. 2. c. 6. 8
Luc. 5. f. 33.

Mal. 3. h. 22
Luc. 8. f. 41.

Mar. 5. c. 24.
Luc. 8. f. 43.

Inf. 11. h. 12
Luc. 11. h. 14

Mar. 1. 6.

Luc. 10. a. 2.

te eo in domo ecce multi publicani, & peccatores venientes discumbebant cum Iesu, & discipulis eius. 11. Et videntes Pharisaei, dicebant discipulis eius: Quare cum publicanis, & peccatoribus manducat magister vester? 12. At Iesus audiens, ait: Non est opus valentibus medicus, sed male habentibus. 13. Euntes autem discite quid est: Misericordiam volo, & non sacrificium. Non enim veni vocare iustos, sed peccatores. 14. Tunc accesserunt ad eum discipuli Iohannis, dicentes: Quare nos, & Pharisaei ieiunamus frequenter: discipuli autem tui non ieiunant? 15. Et ait illis Iesus: Numquid possunt filij sponsi lugere, quamdiu cum illis est sponsus? Venient autem dies cum auferetur ab eis sponsus: & tunc ieiunabunt. 16. Nemo autem immittit compressuram palmi rudis in vestimentum vetus: tollit enim plenitudinem eius a vestimento: & peior scissura fit. 17. Neque mittunt vinum novum in vitres veteres, alioqui rumpuntur vitres, & vinum effunditur, & vitres pereunt. Sed vinum novum in vitres novos mittunt: & ambo conservantur. 18. Haec illo loquente ad eos, ecce princeps vnus accessit, & adorabat eum, dicens: Domine filia mea modo defuncta est: sed veni, impone manum tuam super eam, & vivet. 19. Et surgens Iesus, sequebatur eum, & discipulis eius. 20. Et ecce mulier, quae sanguinis fluxum patiebatur duodecim annis, accessit viro, & tetigit fimbriam vestimenti eius. 21. Dicebat enim intra se: Si tegero tantum vestimentum eius: salva ero. 22. At Iesus conversus, & videns eam, dixit: Confide filia, fides tua te salvam fecit. Et salva facta est mulier ex illa hora. 23. Et cum venisset Iesus in domum principis, & vidisset tibicides, & turbam tumultuantem, dicebat: 24. Recedite: non est enim mortua puella, sed dormit. Et deridebant eum. 25. Et cum eiecit a se turba, intravit: & tenuit manum eius. Et surrexit puella. 26. Et exiit fama haec in vniuersam terram illam. 27. Et transeunte inde Iesu, secuti sunt eum duo caeci, clamantes, & dicentes: Misereferi nostri, fili David. 28. Cum autem venisset domum, accesserunt ad eum caeci. Et dicit eis Iesus: Creditis quia hoc possum facere vobis? Dicunt ei: Vique, Domine. 29. Tunc tetigit oculos eorum, dicens: Secundum fidem vestram fiat vobis. 30. Et aperti sunt oculi eorum: & comminatus est illis Iesus, dicens: Videte ne quis sciat. 31. Illi autem exeuntes, diffusauerunt eum in tota terra illa. 32. Egressis autem illis, ecce obtulerunt ei hominem mutum, & demonum habentem. 33. Et eiecit a demonio, locutus est mutus, & mirata sunt turbae, dicentes: Numquam apparuit sic in Israhel. 34. Pharisaei autem dicebant: In principe demoniorum eiecit daemones. 35. Et circuibat Iesus omnes ciuitates, & caestras, docens in synagogis eorum, & praedicans Euangelium regni, & curans omnem languorem. & omnem infirmitatem. 36. Videntes autem turbas, misertus est eis: quia erant vexati, & iacentes sicut oves non habentes pascuorem. 37. Tunc dicit discipulis suis: Messis quidem multa, operarii autem pauci. 38. Rogate ergo Dominum messes, ut mittat operarios in messem suam.

IN CAPVT IX.

Et ascendens. Marcus cap. 2. 3. & Lucas e. 5. 18. haec aprius narrat, quam quae superiore capite à Mattheo dicta sunt. Sed ex istis illis patet ordinem eos non seruasse temporis. In ciuitate suam. Nonnulli Nazareth Christi ciuitatem vocari putant, vt Luc. 2. 39 Hieronymus in comment. quod non improbat Aug. libr. 2. de consensu Euangelistarum c. 25. monet tamen si hanc sequamur opinionem, dicendum esse Christum primum iussisse in Nazareth ciuitatem suam, deinde ex Nazareth rediisse ad Capharnaum, vbi haec quae sequuntur, acciderunt. Alij, quod longius à vero distat, Bethlehem intelligunt, vt Sedulius li. 3. carm. Intravit natale solum, quo corpore nasci. Se voluit patriamq; sibi pater ipse dicitur. ibidemq; paralyticum sanatum putat. Melius eodē loco idem Augustinus & Chrysof. Beda, Strabus, Hugo, Lyranus ciuitatem Christi vocari Capharnaum. Nam omnes tres Euangelista ita loquuntur, vt omnino significet recta eum via venisse, & statim ea, quae de paralytico narrat consecuta. Cur autem Capharnaum Christi ciuitas appelleretur, non omnibus conuenit. Augustinus, Beda, Strabus, Hugo, & Lyranus existimant, id eo eius vocari ciuitatem, quia Galilaeae metropolis erat, cui subiecta erat Nazareth ciuitas Christi, sicut Romanus appellatur non solum, qui in ipsa vrbe Roma, sed etiam qui in oppidis, quae sub eius iurisdictione sunt, aut habitant, aut natus est. Chrysolomus vero, Theophylactus, & Euthymius, quod in ea vrbe Christus frequenter habitaret. Tres enim illum ciuitates habuisse, Bethlehem, in qua natus; Nazareth, in qua educatus; Capharnaum, in qua frequentius commoratus est. Hoc probabilius.

Tres Christi ciuitates.

2. Et esset ibi. Tacuit Mattheus necessariam ad intelligendum hunc locum circumstantiam, quam Marcus ca. 2. 3. & Lucas e. 5. 19. expresserunt, tantam confusisse in domum, vbi Christus erat, multitudinem; vt nemo ingredi posset, id eoque in tetum eos, qui paralyticum gestabant, ascendisse, eo quae aperto paralyticum ante Christum demississe. Hanc enim fidem videns Christus dixit paralytico. Confide fili remittuntur tibi peccata tua. Fidem illorum. Quodam & ad paralyticum, & ad eos, qui gestabant, referendum existimant, vt Euthymius, Si enim, inquit, paralyticus fidem non habuisset, neque se esset passus esse in tetum, neque peccata illi Christus remitteret. Quod nullo prorsus modo probare possum. Nam etiam non dubito, quin magnam paralyticus fidem habuerit, tamen ita omnes Euangelista loquuntur, vt dubium non sit fide tantum eorum, qui portabant, notare voluisset, sicut omnes significauerunt fide Centurionis eius paralyticum seruum fuisse curatum supra c. 8. 10. 13. & Lucas 7. 9. Atque ita omnes boni auctores interpretantur, Cyrillus Hierosolymitanus Cateches. 5. Ambrosius lib. 4. in Lucam, Hieronymus, & Chrysof. hom. 50. Confide fili i bono animo esto, plus enim, quam petis impetrabis. Petis corporis, impetrabis etiam animi sanitatem. Quod autem, quem Mattheus & Marcus filium, Luc. e. 5. 20. hominem à Christo vocatum dicit, leue est. Nam, vt saepe alias, alij verba alij sensum reulerunt. Magis autem conuenit benignitati Christi, vt filium, quam vt hominem appellauerit, vt infra hæmorrhoussa dicit, Confide filia uerfi. 22. Remittuntur tibi peccata tua. Quia uerba ad uerbum, remissa sunt. Sed meli' noster interpres per presens tempus, quam noui quidam per preteritum, reddidit: quia

Fides sine caritate non iustificat.

Triplex haereticorum fides inanis.

quia & multa alia Hebraeorum more; & hoc ipsum iure quodam proprio pro praesenti poni solet, vt ex uerbo, & ex Lucæ cap. 7. 47. manifestum est. Merito quare potest cur Christus peccata illi remittat, cum non peccatorum remissionem, sed corporis curationem quereret. Respondet Hieronymus, Euthymius, & Theophylactus morbi originem & indicare, & priusquam morbum ipsum, tollere uoluisset. Solent enim plerumque morbi & effecta, & poenae esse peccati. Probabile etiam est, quod homilia 30. Chrysofomus putat, Christum occasionem Scribis calumniandi præbere uoluisset, ut ipse quoque ex eorum calumnia occasionem sumeret suam probandi diuinitatem. Fieri etiam potest, ut ea ratione docere uoluerit, quid primo loco paralyticus petere debuisset. Iam enim dixerat, Primum quærite regnum Dei, & iustitiam eius, & hæc omnia adiuuantur uobis capite 6. 33. Colligunt ex hoc loco Caluinista sola fide peccata remitti. Non enim, inquit, dixit Euangelista, uident opera eorum, aut labore considerans, quod paralyticum in tetum extulissent, quod tecto disrupto eum demississent; sed, uident fidem eorum. Quod multis similibus locis confirmare solent, vt supra c. 22. Confide filia, fides tua te saluam fecit, & Marc. 5. 34. Lucæ 7. 50. & 8. 48. & 50. Noli timere, crede tantum, & salua eris. & cap. 17. 19. Surge, & uade, quia fides tua te saluam fecit, & 18. 42. cæco dicit, Respice, fides tua te saluam fecit. Ideo Christum ab iis, quos sanare uult, fidem exigere, ut infra uerficul. 28. 29. Creditis quia hoc possum facere uobis? secundum fidem uestram fiat uobis, multaque alia nullo prorsus iudicio eiusdem generis accumulant. Mirum enim, quam diligentes sint in testimonij stultitiae suae colligendis. Quibus ne saepe per singula loca cogamur respondere, semel hoc loco respondendum est. Ita tamen respondendum, ut non de tota de fide & iustificatione quaestione; sed de huius & similibus locorum interpretatione disputemus. Possem dicere, quod omnes hætenus Catholici responderunt, nos non negare; sed docere, primam iustificationem, de qua in omnibus locis agitur, propter opera non fieri. Eostamen non continuo probare sola fieri fide; nam inter fidem & opera caritas est, quam Petrus affirmat peccatorum multitudinem operire 1. epistola cap. 4. 8. & Christus, remittuntur illi peccata multa, quia dilexit multum Lucæ 7. 47. nam istorum in eum locum interpretationem illic refutabimus. Itaque cum peccata non nominata caritate fide remitti dicuntur, caritate etiam remitti ex aliis locis intelligendum est; vbi dicuntur non nominata fide remitti caritate. Nam sicut ex illis, ubi fides non nominatur, colligi non potest sola caritate sine fide remitti; ita ex his, ubi non nominatur caritas, per se colligitur sola fide remitti sine caritate. Praesertim cum illi doceant, sicut caritas sine fide esse non potest, ita sine caritate esse non posse fidem; vnus enim eorum error errore altero refutatur. Fides autem potius, quam caritas in iustificatione nominatur, non quia dignitate, aut efficacitate maior, sed quia ordine prior est. Possem, inquam, ita respondere, ut omnes Catholici respondent, & satis superque factum esset. Sed contentus non ero; nisi effecero, ut omnes, qui communi sensu non carent, istorum non solum ignorantiam, sed etiam stoliditatem, & stultitiam intelligant. Triplicem isti magni Theologi fidem faciunt, historiam, quae credimus omnia, quae à Deo dicta sunt, uera esse; miraculorum, quae credimus nihil esse, quod à Deo fieri non possit; iustificationem & Christianam, quae credimus meritis Christi remissa nobis esse peccata. Haec tres in nobis fides (fides enim illi, tanquam in Iyra, non tanquam in religione fidem faciunt) tribus in Deo propter uerba respondere, historicam ueritatem; miraculorum, potentiam; iustificationem bonitatis, non omnium, sed illi proprie, quae cum adhuc peccatores es-

semus, ut ait Diuus Paulus, Christus pro nobis mortuus est: nos nec prima, nec secunda, sed sola tercia iustificari. Quod etiam absurdum est, tamen & eorum errorem refellit, & caritatem mirifice declarat. Nam in istis omnibus locis, quae tanta accumulata diligentia, nulla prorsus de hęc eorum iustificante mentio fit. Videns Iesus fidem illorum. Quam fidem? utique miraculorum, quae credebant paralyticum à Christo posse curari; non iustificationem, de qua ne cogitauerant quidem, cum nec ipsi vnquam audiuissent, nec Christus vnquam dum dixisset se pro peccati hominum morturum. Nec respondere possunt implicite ista credidisse, quia apud illos nulla implicita fides est (ac ne explicita quidem) quod homines acuti rident, quod implicitam quandam faciunt fidem. Dixit de Centurione. Vade, & sicut credidisti fiat tibi, & non inueni tantam fidem in Israhel. Quam fidem? non utique iustificationem, de qua Centurio ne suspicari quidem poterat; sed miraculorum, quae dixerat, Domine non sum dignus, ut intres sub tectum meum, sed tantum dic uerbo, & sanabitur puer meus capite 8. 8. Dicit mulieri, quae fluxu sanguinis laborabat, Vade, fides tua te saluam fecit, infra uerfic. 22. Quae fides? miraculorum, quae dixerat intra te, si tetigero tantum uestimentum eius, salua ero, uerficulo uigesimo primo. De qua & in ceteris, quae profertur, testimonij, ut agi perspicuum est eamque Christum ab iis, quos curat, requirere solere, ut uerficul. 28. Creditis, quia hoc possum facere uobis? Cur ergo istos non pudet tam multa testimonia tanto studio congerere, ut nos sola fide iustificari probent; cum in nullo prorsus eorum de ea agatur fide, quae sola nos docent iustificari? Hæc satis magna impudentia, & caecitas est; sed illa non minor, quod non uideant, aut uideri non pudeat, ut alia praetermittam argumenta; non posse in his locis de istorum iustificante fide agi, etiam si de fide miraculorum non ageretur, quia in plerisque non de propria, sed de aliena agitur fide, hic de fide eorum, qui paralyticum per tetum demiserunt; supra capite 8. 8. de fide non seruatiæ agrotantis, sed pro seruo rogantis Centurionis, Luc. 8. 50. non de fide filiae iam mortuae, sed Archisynagogi. Marc. 9. 23. non de fide filij, qui mutum demonium habebat; sed de fide patris, qui pro filio rogabat, cui Christus dicit, si potes credere, omnia possibilia sunt credenti. Istorum autem opinione, qui adulti iam sunt (nam de infantibus contrarium sunt haesim fabricati) non possunt aliena fide, sed propria iustificari, quia ideo, inquit, iustificamur, quia Christi iustitiam apprehendimus, & apprehendenda nostram facimus; facta nostra iustificamur, id est testi, ac uelut Christi iustitia iusti apud Deum uidemur, ac reputamur. Fallimus enim Deum, non placamus. Quod si ita est, sua quisque, non aliena fide iustificetur necesse est: nec magis vnus potest fide, quam alter pro illo credit, iustificari, quam uelut, quam alter pro eo induit, aut ornari, aut caleferi. Per fidem enim, ut aiunt, Christi iustitiam induimus; qua ornati non sumus iusti, sed apparemus. Quae igitur est amentia ad probandum nos sola fide iustificari, ea producere testimonio, in quibus non de propria, sed de aliena; & de aliena non iustificante, sed miraculorum fide agitur; etiam soli hodie multorum iudicio, maxime uero suo, ista iustitia capiunt, soli doctissimi sunt, soli uerbum Dei purum docent: praesertim in quaestione de iustificatione, quam illi omnes doctrinae suae caput, ego omnium haeserunt istorum seminarium putato. Appellamus quidem doctos, quia tantopere uolunt: sed ita doctos, ut iustos; non quia sunt, sed quia reputantur. Quid igitur nos de his locis dicemus? an qui corpore, non fidem animo curati sunt? De plerisque non communiter de omnibus ita credendum. Nam Malchum illum seruum Pontificis, cui Petrus articulam absciderat, à Christo sanatum legimus; iure,

Roman. cap. 5. 8.

Matth. 8. 10. 19.

Haereticorum caecitas, & impudentia.

Haereticorum stoliditas.

Haereticorum docti ut iusti. Christus non omnes curat, nos iustos non sanauit, quos corpore.

stificatum non credimus Ioann. 18. 10. non enim fide sua, sed Christi benignitate, qui nolebat arundinem quassatam confringere, sanatus est. Ceteros vero, qui fide curati sunt, non sola, sed eadem tamen fide, qua corpore sanati sunt, animo etiam credimus esse sanatos. Non ea, quam isti solum iustificantes, & Christianam appellant, quaque fingunt Christi iustitiam apprehendere; sed illa, quae Apostolorum simbolo continetur, quae eadem & historica, & miraculorum, & iustificans est. Nam ista triplex fides, quam isti nuper inuenerunt, figmentum est, somnium est, portentum est, chimera est, & si vnam haberent fidem, omnem haberent: quia triplicem habent, nullam tamen. Quomodo ergo propter alienam portant fidem peccata paralytico remittuntur? Vt ceteris, vt supra c. 13. diximus, auctores absolute dixerunt, aliorum fide aliorum aliquando peccata remittit, quod huius loci exemplo potissimum probant. Quod quidem verum est, sed ita tamen intelligendum; vt non solum aliena in adultis fide, sed etiam propria remitti credamus, dum propria ab aliena inuatur. Nec enim credendum est iis, qui nullam fidem habent, aliorum fide peccata remitti; sed iis, qui tam imbecillum habent, vt nisi Deus in eorum, qui pro illis orant, fidem intueretur, non esset illis peccata remissurus. Quamquam hunc, de quo agitur, paralyticum non minorem, quam eos, a quibus getabatur, id est satis magnam fidem habuisse verosimile est; sed dicitur illi Christus propter gigantium fidem peccata remississe: quia tantam fidem eorum rationem habuit, vt etiam si paralyticus minorem, quam necesse erat, habuisset; tamen illi eorum motus fide remississet. Alio etiam aliorum orando fides, alius aut nihil agentibus, aut male agentibus, certe non credentibus fidem impetrat, vt sepe dicit Augustinum memini Stephanum Paulo fidem impetrauiffe.

3. *Quidam de Scribis.* Qui fuerunt Scribae, diximus c. 2. 4.

Intra se. & *intra se* quidam interpretantur *inter se*, quasi inter se alij cum alijs de Christi facto murmurarent. Sed ex ver. 4. manifestum est sensum esse non inter se, sed intra se murmurasse, id est cogitasse Christum blasphemare. Non enim dicit Euangelista, cum audisset, aut cognouisset sermones eorum: sed cum vidisset cogitationes eorum. Ecce non dicit Christus, quid murmuratis; sed, quid cogitatis mala in cordibus vestris? Dicere enim intra se Hebraica phrasim בְּקִרְבֵי הַלֵּב dicere in medio sui, est cogitare, vt supra ca. 3. 9. & infra hoc capite, ver. 21. & Lucae 7. 39. 49. & 16. 3. & 18. 4. quod similes phrasim dicunt, dicere in corde suo בְּלִבְבּוֹ פְּלִי. 4. 5. & 10. secundum Hebraeos 11. 13. & innumeris alijs locis, quod etiam Diuus Augustinus libro de Trinitate, capite 10. notauit.

Hic blasphematur. Blasphemare Christum dicunt, quia quod Dei proprium est, sibi attribuebat, remittere peccata: legerant enim, quod dixerat Ilias cap. 43. 25. ego sum ego, qui deleo iniquitates tuas, sed non legerant, aut non intellexerant, quod idem dicit c. 5. 6. *Posuit Dominus in eo iniquitatem omnium nostrum.* Nec meminerant, quod Ioannes dixerat: Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi c. 1. 29. Alij Euangelistae causam, quam afferebant blasphemiz, expresserunt, quos potest dimittere peccata, nisi solus Deus? Mar. 2. 7. & Lucae 5. 21.

4. *Et cum vidisset Iesus cogitationes eorum.* Verumque magno consilio expressit Euangelista, & quod non obloqui sint, sed intra se tantum cogitauerint, & quod Christus eorum cogitationes non solum coniectura cognouerit; sed quasi oculis viderit, vt Christi diuinitatem declararet. Expressius etiam Marcus ca. 2. 8. *Quo statim cognouit Iesus spiritu suo, quia sic cogitarent intra se, dicit illis, quid ista cogitatis in cordibus*

luis vestris? Solum Deum hominum corda, cogitationesque cognoscere tota scriptura testatur. 1. Par. 28. 9. & 2. Par. 6. 30. Ieremia 7. 10. Rom. 3. 27. 1. Cor. 2. 10. Itaque recte ex hoc loco Christi diuinitatem veteres Theologi probauerunt.

Quid est facilius dicere. Sententia, meo quidem iudicio, nisi nimio inquirendi studio difficilis fiat, per se ipsa facilis est. Dicere hoc loco, nec pro solis verbis, nec pro solis rebus positum est. Nam si verba quidem solum spectes, aequae est facile dicere, *Remittuntur tibi peccata tua*, & dicere, *Surge & ambula*. Si res, multo est difficilior peccata remittere, quam dissoluta paralytici membra curare. Nam quod nonnulli dicunt interpretes corpus propria, non aliena auctoritate sanare aequae est difficile, atque remittere peccata, ne audiendum quidem est. Vera enim est August. sententia tractat. in Ioan. 7. 2. *difficilius esse hominem iustificare, quam celum & terram creare.* Sed ponitur pro verbis externa effectus probatione coniunctis. Hoc enim modo difficultus est dicere, *Surge & ambula*, quam, *remittuntur tibi peccata tua*: quia an peccata vere remittantur, qui audiunt, videre non possunt; autem paralyticus surgat, & ambulet, non videre non possunt. Itaque illic dicentis auctoritas quia mendacij argui non potest, non periclitatur; hic quia oculis conuincitur, in periculum adducitur. Quomodo modum si quis dicere sibi difficultus esse de rebus proximis aut recentibus, quam de remotissimis & incognitis historiam scribere, aut de plantis, de terra, de animantibus; quam de celo, quam de concentricis, & eccentricis, de cyclis, & epicyclis philosophari: non quod difficultus non sit hanc scire, quam illa; sed quod facilius hanc, quam illa probare, vbi dicere auditori incredulo possumus. Non credis? ascende in celum, vide, metire. Si ita non est, mendacij doctorem argue. Ad hunc sensum Hieronymus, Chrysothomus, Beda, & Theophylactus exponunt; & per dicitur mihi videntur operam non solum qui aliam quaerunt; sed etiam qui aliam inueniunt inter pretationem. Quod autem Hilarius & Ambrosius de resurrectione corporum interpretatur, quasi per hunc paralyticum mortui significentur, & difficultus sit mortuos suscitare, quam peccata remittere; & ingeniosa & elegans est allegoria; sed nos, vt sepe diximus, aliud quaerimus. Illud quoniam magnis auctoribus non concedo, difficultus esse mortuos suscitare, quam peccata remittere, quia qui fecit sine te, suscitabit sine te; sed non iustificabit sine te, vt loquitur Augustinus. Poterit autem aliquis merito dubitare, quomodo Christus, quod probandum erat, concludat. Nam si remittere peccata erat vera difficultus, dum experientia curati paralytici doceret se, quod re ipsa facilius est, posse facere; non bene probat posse, & se peccata remittere, quod erat difficultus. Respondeo, Christum tantum probare voluisse sibi esse credendum, quod bene probat ab eo, cuius probatio erat difficultior: quasi dicat, si non fallo, cum dico paralytico *Surge, & ambula*, vbi difficultus est probare me verum dicere; cur credis me fallere, cum dico *remittuntur tibi peccata tua*? Denique ex re, quae effectus probari potest, in re, quae probari non potest, sibi fidem facit.

6. *Vt autem sciatu.* Quidam haec verba Euangelistae esse putant. Quod non simile quidem vero est, & quia sententia ipsa postulat, vt Scribis Christus hoc dixerit, vt probaret se potestatem habere peccata remittendi; & quia omnes Euangelistae, Marcus capite 2. 10. & Lucas capite 5. 24. eadem ponunt, quod profecto non fecissent, si ipsorum fuissent verba, non Christi. Plerique interpretes existimant Christum probare voluisse se esse Deum, & ac propterea non blasphemare, cum dicit se remittere peccata. Ego nihil me, si cum illis conferar, iudicio, & auctoritate valere scio; sed tamen & singula verba, & totum

Difficilius peccata remittere, quam mortuos suscitare. 15. de verb. Apost.

Quid telum.

Christi & iustitiae uisus firmatur.

Christus etiam ut homo peccata remittit.

Quomodo homines peccata remittant.

& totum argumentum perpendenti videtur probare Christum non solum Deum potestatem habere peccata remittendi. Credibile enim est contrarium eius, quod Scribae putabant, probare voluisse. Putabant autem illi & solum Deum posse peccata remittere, & Christum vtique non esse Deum. Christus probat & se Deum esse, & etiam, vt hominem, remittere peccata, non vt quemcumque hominem, sed vt hominem Deum. Deum esse non tam argumentando probat; quam experientia demonstrat, dum illis, quid cogitent, exponit; se vt hominem, remittere peccata probat eo, quod versiculo quinto, explicauimus, argumento. Atque hanc vim haec duo verba, *Filius hominis, & super terram* habere mihi videntur. Non enim dixit, vt autem sciatu filium Dei habere potestatem: sed *filius hominis*; & non dixit in caelo; sed *super terram*, vt ostendat se etiam, vt hominem, remittere peccata. Abutebantur hoc loco Nouatiani, vt probarent non posse sacerdotem remittere peccata; quemadmodum hodie eorum haereticus Caluini in eundem errorem abutuntur. Vtrique D. Ambrosius duobus de penitentia libris abunde respondit: & ex his, quae modo diximus, facili est responso, quemadmodum potestas remittendi peccata cum natura etiam humana Christi a diuinitate communicata est; ita fuisse a Christo, tanquam a capite, cum quibus voluit membris, id est cum facerdotibus communicatam. Quod & in potestate faciendi miracula factum videmus, quae cum propria Dei sit; a diuinitate Christi cum humanitate; & a Christo cum Apostolis communicata est, nisi quod Christus sua, ceteri Christi vtique auctoritate faciunt.

Surge, tolle, & vade. Haec tria verba ad eundem curacionis probationem Christus adiecit. Nec enim videri poterat simulata, aut imperfecta curatio, qua impotens membrorum paralyticus surrexisset, in super lectum suum in humeros sustulisset, & in domum suam portasset, vt Chrysoth. adnotat.

Timuerunt. Id quod timere admirari sunt, quidam adhibent timuerunt legendum putant, non intelligentes haereticorum scholiam, quem sequi voluerunt. Nam ne ille quidem ita legendum existimat, sed id verbum significare, nostrumque interpretem parum proprie vertisse. Vique erant; nam nos interpretes sensum, non verba respexit. Et quamuis haec proprie sit admirari, tamen hoc loco positum est pro timere. Est enim admiratio quaedam, quae ex gaudio, alia quae ex timore proficitur. Itaque Lucas capite quinto, vigesimo sexto, quod hic *Matheus* huiusmodi admirationem vocat, *scilicet stuporem* appellat, & vehementem timorem interpretatur. Et *stupor* (inquit) apprehendit omnes, & magnificabant Deum, & repleti sunt timore. Timor autem intelligentibus est, non ille, qui ex odio, sed ille, qui ex magna alicuius opinione & reuerentia nasci solet, cuius lib. 3. Reg. c. 3. 28. singulari exemplum est, vbi cum populus in illo iudicio inter duas meretrices Salomonis sapientiam perplexisset, timuisse dicitur Salomonem. Quomodo modo ergo illic timere pro admirari, ita hic admirari, pro timere positum est.

9. *Transiens inde.* Rediens ad mare, vt explicat Marcus capite secundo, decimotertio, De Apostolorum vocatione, quae hoc loco dici poterant, diximus supra c. 5. 1.

Ad telonium. Ad mensam publicanorum, ad quam publica Caesaris vectigalia referebantur, *ad teloniam*, quod vectigal significat, *telonium* telonium dicitur est, id est locus vbi vectigalia reponuntur. Sed quia plerumque vectigal pecunia erat, quae super mensam numerari solet, mensa etiam appellatur, id est ad telonium; id est ad mensam sedere dicitur. Sicut vtique ad hodiernam diem in Hispania vocatur *La mesa fiscalis*, id est mensa magistratus, locus, ad quem vectigalia Magistratus equitum D. Ja-

cohi apponantur. Constat enim tributa olim non officium colligi solita, sed a subditis ipsis in certum locum referri. Sicut decimae in Hispania non solum non extorquentur, sed ne petuntur quidem; & sponte ab his, a quibus debentur, afferuntur. Hanc mensam, ad quam sedebat Mattheus, credibile est non in ipsius fuisse domo, sed in loco aliquo publico iuxta mare, vt facilius mercium, quae mari adducebantur, tributa in eum colligerentur. Nam Marcus capite secundo, decimo quinto, & Lucas capite 5. 29. significant inde Christum in Matthei domum sese contulisse, vbi magnum illi Mattheus conuiuium apparauit.

Mattheum nomine. Marcus capite 2. 14. & Lucas capite 5. 27. 29. Mattheum nomine, id est cognomento Leui. Apparet autem honorificentiam fuisse cognomen Leui, quam nomen Matthei, quia animaduertimus nunquam se Leui, sed semper Mattheum modeste, alios eum non solum Mattheum, sed etiam Leui honoris causa vocare; vt Hieronymus obseruauit.

10. *In domo.* Eiusdem Matthei, Marc. 2. 15. & Lucae 5. 29.

13. *Sentes.* Hebraismus דַּבְּרֵי וְדַבְּרֵי, & dicitur, vt Iud. 10. 14. *Ite, & inuocate Deos, quos elegistis, ipsi vos liberent in tempore angustiae.* Eadem phrasim dicunt Galili, *Allec, apprenez, que est.*

Diata. Mitti ad scholam doctores legis, vt eius rei, cuius scientia maxime gloriabantur, maximam exprobraret ignorantiam, vt Euthymius adnotauit. Quod alius quoque; locis facere solet, vt c. 12. 3. non legistis, quid fecerit Dauid quando egerit, & qui cum eo erant, & ibidem ver. 5. non legistis in lege, quia sabbatum sacerdos in templo sabbatum violauit, & sine crimine fuit? & c. 19. 4. non legistis, quia fecit hominem ab initio, masculum, & feminam fecit eum, similia ea: 21. 16. 4. & 22. 31. & Mar. 12. 10. 26. Pharisaeos legis doctores fuisse diximus c. 2. 4.

Miserordiam volo. Primum quaerendum, quomodo Christus hoc dicit; nec enim hic de sacrificio, aut misericordia agebatur. Respondeo; magnam fuisse misericordiam peccatores ad penitentiam vocare, vt paulo post dicit: quam probat a maiori ad minus omnibus esse rebus praefendum. Si enim sacrificio, quod Deo offertur, teste Propheta praefenda est, quibus non erit rebus anteposenda sicut supra dixit c. 5. 24. 25. *offeris munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris, quod frater tuus habet aliquid aduersum te, relinque tibi munus tuum ante altare, & vade reconciliari fratri tuo.* Ad hunc ferme sensum Euthymius exponit.

Et non sacrificium. Non negat se sacrificium velle, cum ipse instituerit, sibi que iusserit offerri, sed dicit se misericordiam malle, quam sacrificium, id est sacrificium internum, quam externum, & si alterum defurum est malle externum, quod in carnalibus hostijs quam internum, quod in corde consistit, deesse sacrificium. Est enim Hebraeorum idioma, quo solent illi, cum vnum alteri praefertur, non illud magis, hoc minus affirmare, sed illud affirmare omnino, hoc omnino negare: vt *doctrina mea non est mea*, id est non tam mea, quam patris est; ab eo enim ego accipi Ioan. 7. 16. *Non estis vos, qui loquimini, sed spiritus patris vestri, qui loquitur in vobis*, id est non tam vos, quam ille infra ca. 10. 20. *Non uolentis neque currentis, sed miserentis est Dei*, id est non tam uolentis hominis, quam miserentis est Dei Romanorum 9. 16. sic Chrysoth. explicat hom. 31. itaq. Ambr. lib. de penitentia ca. 2. ita legit, *miserordiam malo, quam sacrificium.* August. vero lib. 20. contra Iulianum c. 16. & lib. 2. de consensu Euangelistae c. 27. *miserordiam volo, quam sacrificium.* forma loquendi apud veteres Theologos vsque ad Gregorij tempora frequenter vsurpata, & vt suspicor, ex veteri nota editione, qua ante Hieronymum Latina utebatur Ecclesia, quae Au-

Scriptura ista nota tabula.

ctorem credibile est Hebraismum imitatum solum dicitur *וְיָצֵא* hoc volo, quam hoc, id est hoc malo. Idem Augustinus libro 10. de ciuit. capite 7. & Casarius homil. 36. legunt, *uiseritordiam magis volo, quam sacrificium*, ad sensum fortasse, non ad verba respicientes. Hunc autem esse sensum ex eodem loco Prophetæ. Ex quo hæc sumpta sunt verba, Osee. 6. manifestum est; sequitur enim, *Scientiam Dei magis, quam holocausta*. Per sacrificium autem, quia externus erat cultus, omnis cultus externus, per misericordiam omnia, caritatis opera intelligenda sunt.

Non veni vocare iustos, sed peccatores; Dux hoc loco quaestiones sunt, vna, an aliquos, cum Christus venit, iustos inueniret; altera, an propter illos etiam si qui erant, uenerit. Hæretici huius temporis Lutherani, & Caluiniani non solum, cum Christus ueniret, sed etiam post quemquam uere iustum fuisse negant. Quem errorem etiam alio loco copiosius sumus refutaturi; hic etiam obiter perstringemus. Certe Zacharias, & Elisabeth iusti erant, quocumque tandem modo iustos interpretentur. Propterea enim negant non solum esse quemquam, sed etiam esse posse iustum, quia nemo totam (inquit) legem seruare potest. De Zacharia autem & Elisabeth capite 1. 6. Lucas scribit, *Et erant iusti ambo ante Deum incedentes in omnibus mandatis, & iustificationibus Domini sine querela*. Iustos non reputatos, ut illi commentantur, sed fuisse dicit, & fuisse non apud homines tantum, sed ante Deum, & non, quia peccata illis non imputabantur, sed quia peccata non habebant, id est, quia legem obseruabant, quod isti boni Euangelizati, ut eorum etiam uerbo utar, impossibile esse dicunt, *incedentes (inquit) in omnibus mandatis, & iustificationibus Domini sine querela*, id est, ita ut nihil in eis desiderari possit. Si ergo talis Elisabeth, qualis Maria de qua illa dicit, *Vnde hæc mihi, ut ueniat mater Domini mei ad me* Lucæ 1. 43. Alios quoque, de quibus scriptura mentionem non fecerit, iustos fuisse credendum est, quando ex his constat esse potuisse. Nam & Nathanael Christus uerum Israelitam appellauit, in quo dolus non esset Ioann. 1. 47. quia pharisæi solet scriptura hominem perfecte iustum significare, ut Plalm. 14. 3. *Qui non egit dolum in lingua sua*, & 31. 2. *ne esset in spiritu eius dolus*. Denique de Christo ipso ad magnam laudem dictum est, *qui peccatum non fecit, nec inueniuntur ei dolus in ore eius*. Alia ex parte scriptura docet omnes fuisse peccatores Roman. 3. 22. *in iustitia autem Dei per fidem Iesu Christi in omnes, & super omnes, qui credant in eum, non enim est distinctio* omnes enim peccatores, & egent gloria Dei. & 2. Cor. 5. 14. *si unus pro omnibus mortuus est, ergo omnes mortui sunt, & unus pro omnibus mortuus est Christus*. Ita etiam omnes veteres Auctores sentiunt, Christum enim uenire, neminem iustum reperisse; sed dixisse, non ueni vocare iustos, non quod aliqui iusti essent, sed quod se aliqui iustos esse reputarent, quales illi ipsi erant Pharisæi, quibus ista dicebat. Propter eos autem non uenisse, non quod propter omnes non uenerit, sed quod illi, qui se iustos putabant, ut, qui cum agrorum sint, se fanos esse dicunt, medicum non querent. Icus illis Christus dicit Ioann. 9. 4. *si cæca esset, non haberet peccatum; nunc uero dicitis, quia uideamus peccatum uestrum manere*. Ita Hilarius & Chryllos homilia 31. Hieronymus, Beda, Theophylact. Euthymius quasi per ironiam iustos appellatos intelligunt. Scripturæ autem, quæ hæc in re uidentur esse contrariæ, ad hunc modum conciliandæ sunt. Inuenit Christus ueniens, ut probatum a nobis est, aliquos iustos, & tamen neminem, ut illa scriptura docent, iustum inuenit; aliquos, qui uere iusti erant, neminem qui perse, id est sine ipso Christo iustus esset. Nam ipsi illi, qui antequam Christus ueniret, iusti inquam fuerunt, non nisi per eius gratiam, & fidem, & vi futura aduentus eius

Error hæreticorum refutatus, ne uerum esse iustum.

1. Pet. 2. 22.

Quomodo Christus nullum inuenit iustum.

Matth. 9. 13.

A fuerunt iustificati, ut Petrus testatur Act. 15. 11. per gratiam Domini Iesu Christi credimus saluari, quemadmodum & illi. Illa ipsa Christi mater B. Virgo Maria omnium iustorum hominum iustissima, quam ad peccato etiam originali præseruatum credimus, inter eos numeratur, qui gratia Deideinguerunt, & propter quos, etiam Christus uenit, quia si Christus non uenisset eius gratia præseruata non fuisset. Superest quaestio secunda, quomodo dicat Christus se non uenisse, ut iustos uocaret, cum nemo sine uere uocante gratia iustus fuerit. Quomodo veteres Auctores responderint, paulo ante commemorauimus; non uenisse, ut uocaret iustos, id est, qui se iustos esse existimabant, non quod ille uocare nollet, sed quod illi etiam uocaret, uenire nollet. Hoc probabile est. Illud autem quod Euthymius dicit, nisi aliqua benignior interpretatio molliri possit, proflus Pelagianum; Christum non uenisse propter iustos, quia iusti ipsi sibi ad salutem sufficiebant. Quamquam non Auctorem, qui & Catholicus, & pius, & eruditus est, sed Auctoris minus cautum loquendi modum damno. Ego, si quid tamen meum ualeat iudicium, sic intelligo Christum non uenisse, ut iustos, sed ut peccatores uocaret, quæ admodum non agnita nouem oculos, quæ non errauerant, ut nati quæret errantem, in deserto dicitur reliquisse infra capite 18. 12. Non enim significat, ut quidam interpretantur, angelos reliquisse, ut hominem quæretet; nec non agnita nouem homines, qui non errauerant, ut vnium quæret aberrantem, quasi non nisi nonaginta uos nonus quisque homo iniustus esset. Omnes enim in uiam suam declinauerunt. Itaque 5. 6. 11. Omnes declinauerunt, simul multos facti sunt. Plalm. 13. 3. & 52. 4. sed significat ad eum esse bonum & misericordem, ut si non fuisset, nisi centum homines, nonaginta nouem reliquisse, & vnus iniustus; non agnita nouem iustos reliquisse, ut vnium iniustum quæretet, & se propter illum solum in hunc mundum uenturum, & mortem suscepturum fuisse. Similiter hoc loco non significat aliquos sine gratia aduentus sui iustos esse, ad quos uocandos non uenerit; sed se ipse peccatores quæretet, ut si aliqui fuissent iusti, non propter eos, sed propter peccatores uenturus fuisset. Hic, nisi ualde fallor, uerus est sensus. Itaque illa quorundam Theologorum opinio, qui existimant, etiam homines non peccassent, Christum fuisse uenturum, non solum huic loco, sed scripturæ mihi uidentur esse contrariæ; dum incertum Christi beneficium sit, certum illud, quod maius esse non potuit, sed emptionis nostræ extenuare. Et uero, nisi scirem etiam nonnullos Catholicos, & eruditos viros in ea esse sententiam, multo eam grauioribus notarem uerbis. Sed nolo, dum sententiam reprehendo, Auctores quoque uideri uelle reprehendere. Tantum dico non posse me eos, qui eam etiam nunc defendunt non mirari.

14. Tunc accesserunt. Cum Pharisæi in prioræ quaestione uicti fuissent. Lucas capite 5. 23. ipsos Pharisæos accessisse dicit; quod D. Augustinus, libro 2. de consensu. Euangelist. ca. 27. ita conciliat, ut eos accessisse, sed Lucas solos Pharisæos, Mattheum solos discipulos Ioannis nominasse. Sed uidentur ita Mattheus loqui, ut significare uelle uideatur Pharisæos aulos non fuisse ad Christum accedere. Nam & paulo antea, ut non Christo, sed eius discipulis dixisse ait, *quare cum publicanis, & peccatoribus manducatis magister uester?* Quare probabilius esse Ioannis discipulos Pharisæis inuenisse accessisse, quod eo illi libertatis portasse fecerunt, quod inter Ioannis & Christi discipulos aliquam fuisse consuetudinem emulatiuam, cuius Ioan. 3. 26. Rabbi, qui erat tecum trans Jordanem, cum te testimonium perhibuisti, ecce hic baptizatur, & omnes ueniunt ad eum. Propterea Lucas Pharisæos accessisse dicit, quia Ioannis discipuli inuigilantes Pharisæis accesserunt.

B. Virgo Maria capta sua peccata.

Quomodo Christus non uenit propter iustos.

Christum uocasse per Adam non peccatiss.

Cur dicit, quod Ioannis non uenit ad eum.

Discipuli autem tunc non ieiunant. Lucas capite. quinto, trigesimo tertio, dicit, *discipuli autem tunc edunt & bibunt, quasi in modum cibum, & potus usum notare uoluerint, & quidem credibilis est, & Pharisæorum ingenio magis consentaneum ita dixisse. Nam per hæc uerba edunt, & bibunt, discipulorum intemperantiam, per discipulos autem magistrum ipsum Christum notare uoluisse, Christum ad hunc locum alludens significat capite 11. 18. 19. uenit Ioannes Baptista nec manducans nec bibens, & dicitur demonium habere; uenit filius hominis manducans, & bibens, & dicitur, ecce homo uorax, & peritor uini, & inuiscata est sapientia a filio suo. Præterquam quod Ioannes, etiam amicus erat sponsi; filius tamen, id est, discipulus proprie non erat; porabat enim uiam, qua alii ad nuptias uenirent, ipse non ueniret. Qui uenirebant, aspera uenturi erant uia; cum uenissent, non asperam, sed hilarem, & iucundam, quam diu cum sponso essent, aguri uitam, ut nuptiarum festiua celebratio postulabat. At cur Christus saltem iose, si non eius discipuli, non ieiunabat? Eadem sententia responderi posset, quia sponsus erat, & sponsalia sua celebrabat, sed ipse aliam rationem reddidit, quia uenit immittit commisitum panis rudis in uestimentum uetus, uersiculo 16.*

15. Nunquid possunt filii sponsi. In uero uerbo quædam thalami, aut cubiculi nuptialis Mar. secundo, decimo nono, idem noster inter pres vertit nuptiarum. Qui autem dicantur filii sponsi, aut thalami manifestum est; loquitur enim Christus de discipulis suis, de quibus obiecta illi quaestio fuerat. Cur uero ita uocentur, de eo interpretes dissident. Ambrosius libro quinto in Lucan, Hieronymus, & Beda in comment. ideo filios uocari docent, quod ab eo spiritaliter nati essent. His potius assentior, qui Hebraismum esse dicunt, quo filii thalami, aut nuptiarum appellantur, qui familiares sponsi sunt, qui eius uariis laticæ argumentis celebrant nuptias, quod nunc corruptus apud nos moribus, conuiuiis, satiationibus, ludis ferri solet; tunc saltem conuiuiis, ut ex nuptiis in Cana Galilee celebratis Ioan. secundo, primo, per se ipsum est; ideoque dicit ieiunare non posse, quia repugnat nuptiarum celebrationi ieiunium. Quædam modum enim filii regni uocari sunt capite octauo, duo decimo, qui sunt ex regno, ita filii nuptiarum, qui celebrant nuptias, quod significauit Galli dicunt, *ceux qui sont de la feste des nocces* hinc sponsi, ut uocat se ipsum Ioannes Baptista Ioan. tertio, uigesimo nono, sponsus autem est Christus uenit in illa parabola nuptiarum adumbratur capite 22. 2. & capite 25. 1. 5. 6. 10. & Apocal. 19. 7. 9. Cuius, ut ita dicam, ipsa salia hic celebrantur Matthæi 22. 1. & 25. 1. nuptiæ autem in celo, ubi matrimonium quodammodo eum Ecclesia eius sponsa consummat Apocal. 19. 7. 9. quia tunc eam in cubiculum suum, id est in celum introducet, ubi perpetuus eius finietur amplexibus.

Lugere, cur non dicit ieiunare, non enim de lectu sed de ieiunio quæretur. Ideo ut opinor, ut in genere non solum ieiunium, sed omnes alias iocuos species cõprehendat, & plus quam ab aduersariis interrogabatur, respondet; & ut à negatione generis ad negationem speciei forius argumõteur. Si enim animal esse non potest, quomodo homo esse poterit? Si filii sponsi ligere non possunt, quomodo ieiunare poterunt? Lugere enim hoc loco non significat lacrymas fundere, aut plangere, sed tristem esse, & ut Latini loquuntur in lectu, fordidumque uersari; sicut dicuntur mortui certo tempore lugeri, non quod eos uiui perpetuo itent, sed quod pro illis lugubrem uellem gerant. Quæri hoc loco merito potest, si non possunt nisi sponsi, quam diu sponsus cum illis est, ieiunare, cur Ioannes Baptista, eiusque discipuli ieiunauerunt? Nam & ipse filius, id est amicus erat sponsi, qui uocem eius audientes gaudebat Ioan. 3. 29. Respondeo id factum necessario, ut omnibus modis ad salutem homines allicerentur, &

singulari, qualis fuit Ioannis; & communi, qualis fuit Christi, more uiuendi; ut Christus capite 11. 18. 19. significat, uenit Ioannes nec manducans nec bibens, & dicitur, demonium habere, uenit filius hominis manducans, & bibens, & dicitur, ecce homo uorax, & peritor uini, & inuiscata est sapientia a filio suo. Præterquam quod Ioannes, etiam amicus erat sponsi; filius tamen, id est, discipulus proprie non erat; porabat enim uiam, qua alii ad nuptias uenirent, ipse non ueniret. Qui uenirebant, aspera uenturi erant uia; cum uenissent, non asperam, sed hilarem, & iucundam, quam diu cum sponso essent, aguri uitam, ut nuptiarum festiua celebratio postulabat. At cur Christus saltem iose, si non eius discipuli, non ieiunabat? Eadem sententia responderi posset, quia sponsus erat, & sponsalia sua celebrabat, sed ipse aliam rationem reddidit, quia uenit immittit commisitum panis rudis in uestimentum uetus, uersiculo 16.

Venient autem dies. Dies pro tempore Hebræorum more quali dicitur, fastis temporis ad ieiunandum habebunt, cum ablati illi fuerit sponus. Non dicitur, cum ab illis discesserit, nec cum mortuus fuerit; sed cum ablati fuerit, significans, miserabiliter ab illis ipse Pharisæis, quibus cum loquebatur, de medio tollendum. Non, inquit, uenit ad eum, id est, tunc loquebunt. Nam, ut paulo ante lugere possunt pro ieiunare genus pro specie, ita nunc ieiunare pro genere, speciem pro genere possunt quasi dicit, sicut nunc celebrant meas nuptias, id eoque non ieiunant, ita tunc meam loquebunt mortem, adeoque ueniant. Alud enim ad ueterem morem lugendi mortui adhibito ieiunio, solent enim, qui lugent, cibo abstinere. Euentus hanc Christi sententiam non prohibent modo; sed etiam declarant. Legimus enim quam assidui post ascensum in celum Christi in ieiuniis, & orationibus Apostoli fuerint Actorum decimo tertio, secundo, tertio, secunde Corinth. sexto, quinto, in plagis, in carceribus, in seditionibus, in laboribus, in uigiliis multis, in fame, & siti, & ieiuniis multis. Ineptus erat Montanus, Priscilla, & Maximilla, qui, ut ait hoc loco Hieronymus huius occasione sententia Quadagesimam post Petecostem celebrabat. Intemperantes Caluinistæ, qui nullam omnino Quadagesimam amant, nosque, homines ualde suo iudicio sapientes, irident, quasi ex hoc loco Quadagesimam colligamus. Nos uero hinc non tam Quadagesimam colligimus, quam eorum argumentum refutam; qui ideo Quadagesimam reiecerunt, quod Christus cum discipulis suis Quadagesimam non ieiunauerit; quibus idem, quod Christus hoc loco Pharisæis, respondemus, non potuisse sponsum, neque filios sponsi, quam diu cum ipsis sponsus erat, ieiunare; ablati autem sponso sapienter, & pie, & uoluntati ac uerbis Christi congruenter Ecclesiam fecisse quod ieiunium inuenerit Quadagesimam.

16. Nemo autem immittit. Hoc ideo dicit Christus, ut probet prouidenter se facere, quod non cogat suos discipulos ieiunare, ut Hieronymus, Chryllos homilia trigesima prima, & Remigius, indicauerunt. Id autem duobus probat exemplis, altero panis rudis & uestimenti ueteris; altero uini noui, & uitis ueteris, quorum neutrum cum altero bene conueniunt. Sensus est facilis; uerborum ex imploratumque accommodatio difficilis. Nec enim dubium est, quin uelit Christus docere esse genus uini ueniendi ad discipulorum captum, consuetudinemque accommodandam; ne si initio præter consuetudinem cogantur ieiunare, inlicitum deterriti derelinquant. Itaque certum est discipulos suos uestimento, uirtuibusque ueteribus, genus autem uiuendi auferunt, & asperum panem ad hoc rudem, uinoque nono comparari. Atque hæc esse sententiam, quemadmodum uestimento ueteri non additur assumentum ex panis rudis, quia si addatur, ueteris uelut magis diripit

Quædam sententia de ieiunio Caluinistæ.

neque vinum nouum mittitur in vres veteres, quia si mittatur, vres iam terris vtilitate seruente cre-
 pac vino: ita non conuenire, vt discipulis faciliori vi-
 uendi rationi affluetis genus vitæ difficilium, profur-
 que dissimile subito prescribatur, ne difficultati sue-
 cumbant, & a bene cepto vitæ itinere desistant.
 Ita Euthymius, & Theophylactus interpretantur;
 nec melior meo iudicio interpretatio desiderari
 potest. Quanquam Tertullianus libro tertio, & quar-
 to, contra Marcionem veterem vestem, & vres veteres
 legem veterem, pannum rudem, & vinum nouum
 Euangelium esse dicit, aut dicentibus Marcionistis
 ipse non negat. Ambrosius vero libro in Lucam
 octauo, vestimentum vetus, & veteres vres ieiun-
 ium. Hilarius Hieronymus, Chrysostomus & Beda
 Pharisæos, August. serm. de tempore 186. omnes ho-
 mines carnales. *Spiritualia*, inquit, non capis carnalis,
carnalitas vestis est, gratia nouitas est. Quæ omnia,
 quamuis acute erudireque dicta sunt, tamen in pri-
 ma, vt diximus, interpretatione standum est. Obi-
 ciet autem aliqui discipulos etiam Ioannem veteris ve-
 stimentum, & vres veteres fuisse; ieiunium tamen
 illis, & vitæ genus asperissimum Ioannem proposuisse.
 Iam versiculo decimo quinto, respondimus id
 eum fecisse necessario, quia viam ad Christum præ-
 parabat; quam asperam & difficilem, id est lacryma-
 ram, ieiuniorum, & omnis poenitentia generis ple-
 nam esse oportebat. Dicebat autem Dominum mi-
 tiorem, humanioremque esse, quam seruū; & quo-
 dammodo vngere, quos ille vulnerauerat. Obiici
 propterea potest, discipulos Christi nouos adhuc
 fuisse, non ergo potuisse vestimento, vtriusque ve-
 teribus comparari. Respondet aut propter infirmi-
 tatem, vt vult Euthymius; aut propter veterem con-
 suetudinem omnino dissimilem, vt ego potius cre-
 do, veteres appellari. Adhuc enim sicut vestis atri-
 ca, & veteres vres veteri viniendi consuetudine non
 dum exuta imbeciles erant, nec vinum nouum ca-
 pere poterant. *Multa*, inquit Christus, habeo vobis di-
 cere, sed nō potestis portare modo, Ioannis decimo sexto,
 dicit decimo. Potest adhuc occurri, ieiunium rem
 fuisse veterem, & vicitam; propterea Ioannis disci-
 pulos, & Pharisæos Christo obicere, quod nec ipse,
 nec eius discipuli ieiunent, quasi veteres non seruent
 traditiones. Respondet quædam fuisse in veteri le-
 ge præcepta ieiunia, de quibus Dicitur Lucas in Actis
 capite vigesimo septimo, nono, mentionem facit;
 sed Pharisæos non de illis loqui que & vetera erant,
 & ab omnibus sicut nunc Ecclesiastica ieiunia serua-
 bantur; sed de suis, & discipulorum Ioannis ieiun-
 iis, que præcepta non erant, neque communia, sed
 voluntaria & illis propria, quibus se Pharisæos id est
 singulares, ceterisque sanctiores esse gloriabantur;
 sicut Pharisæus ille Lucae 11. 12. in templo orans di-
 cebat, non sum sicut ceteri hominum, sicut etiam hic
 publicani; ieiunio hu in sabbatho. Quod autem Marcio-
 ni ex hoc loco suam heresim confirmabat, quasi in
 ter veterem, & Euangelicam legem tanta sit dissimi-
 litudo, vt vnus vtriusque auctor esse non possit,
 vt Tertullianus libro aduersus Iulium tertio, & quar-
 to, & Epiphanius heres. quadragesima secunda tra-
 diderunt, & ab illis est factis refutatum, & adeo futile
 est, vt opere pretium facturus non sit, qui refutau-
 rit. Similis Manichæorum error, contra quem Au-
 gustinus libro octauo, aduersus Faustum disputauit.
 Diximus de sententia, dicamus de verbis, vbi plu-
 rimum est difficultas.

Commisuram [veterem] additamentum, vt quidā
 vertunt, aut potius, si Latinitas pateretur, adiecta-
 mentum. Quodam hæreticorum interpretes existi-
 mant non significari additamentum panni, quo ad
 faciendam plagam veteris vestis adiecit, quam pa-
 diam, vulgo vocant; sed partem panni, que, quando
 ad conficiendam vestem satis panni ex veteri non
 est, ex nouo in supplementum assumitur, sententia

profusa corrupta. Et quia id cui adiecit, vocat
 veterem vestem, significans iam fuisse
 consecratam vestem, ante quam additamentum as-
 sumeretur; sed veterem detritam, & plagas habentem,
 & quia dicit, prior scissura sit, peior scilicet, quam
 ea, que ante facta fuerat. Loquitur ergo de veste
 iam facta, sed scissuras habente, ad quas refaciend-
 das dicit non esse rudem pannum insuendum, ne
 prior scissura fiat. Tertullianus & Angulimus plagula
 vocant.

Tollit enim plenitudinem. [vires] *vires* *vires* *vires* *vires*
 veteris vestis verba sunt ambigua, quia *vires* *vires* *vires* *vires*
 & nominandi, fit sensus erit plenitudo eius, id est commis-
 sura illa, que ad implendum, quod deerat, adiecta
 est veteri vestimento, tollit aliquid ab illo, id est
 ardet, & laceratibitullum. Quem sensum Theo-
 dorus hæreticorum interpres, & in vertendo & in
 exponendo fecerit esse, parum recto, vt mihi vide-
 tur, iudicio. Si fit accusandi casus, duplex sensus esse
 potest, alter, vt suppositum verbi, tolli, repetatur ex
 verbo, immittit, quasi dicat, alioqui, quicunque id
 facit, tollit plenitudinem eius a vestimento. Quam
 interpretationem Erasmus inuenit, in eo pruden-
 tius quam Beza, quod *vires* non primum, sed
 quartum facit casum; in eo non bene quod ver-
 bum, tollit, refert ad eum, qui commissuram adie-
 cit. Verum sensum nemo potest melius, quam nos-
 ter interpres, exprimere. *vires* enim plenitudi-
 nem vocat Euangelista eam partem vestis, que cum
 illi commissura immitteretur, adhuc integra erat,
 quam ipsam non ille, qui commissuram adiecit;
 sed commissura ipsa panni rudis rigore tollit.
 Plenitudinem autem vocat Hebræorum more
ἡ πληρὴ, quod integrum & sanum est; quemadmo-
 dum in altero, quod sequitur exemplo non ille qui
 vinum nouum in vres veteres immittit; sed vinum
 ipsum nouum, quia fortius est, quam, vt vres ferre
 possint, vres corrumpit, id est vitium plenitudi-
 nem tollit. Et, qui aliter interpretatur, & veterem
 fastidientes versionem nouam quæsiuerunt, mihi
 nullo modo videntur sententia vim proprietatem
 que perspexisse; que in eo maxime obseruatur, vt
 si pannus rudis vesi veteri assuatur, aut vinum no-
 uum in veteres mittatur vres, id quod vestem
 conseruare debuit, perdat; & vinum, quod,
 vt seruaretur, in vres missum est, efficiat vres rum-
 pendo, vt feruari non possit. Sic enim nimis rigi-
 dum vitæ genus si discipulis, vt meliores fiant, ad-
 huc, infirmis, & veteribus afflicto moribus præscri-
 batur, illud ipsum, quod eos meliores facere debuit
 deterrendo, auertendo, fugando peiores faciet. Et
 quod illis, vt conseruarent, exerceatque, tanquam
 vtriusque vetustis vinum nouum committeretur, dū
 ferre non possent, eos desperatione quadam perde-
 ret, & ipsum quoque periret. Vinum exemplum lu-
 das præbuit, cui cum non satis idoneo Apostoli com-
 missum esset officium, & quasi veteri vtri vinum
 nouum insulsum, non solum moribus sed corpore
 etiam ipso, tanquam nimis infatuus vter crepuit me-
 dius, & perditum est, id est, quod tam modo ignomi-
 nia affectum Apostolicum officium.

18. Princeps vna Synagoga. Nominem Iairus Marc,
 quatio, vigesimo secundo, Luca octauo, quadragesi-
 mo primo. Princeps autem Synagoga vocabatur,
 qui Synagoga præsidebat; quemadmodum in scho-
 lis, qui Decanus facultatis appellatur.
Modo defuncta est. Magna inter Mattheum, & cæ-
 teros Euangelistas videtur esse dissensio. Nam Mar-
 cus capite quinto, vigesimo tertio, non mortuum
 puellam, sed in extremis fuisse dicit, Lucas vero ca-
 pite octauo, quadragesimo secundo, & hoc me-
 moratur. Chrysostomus homilia trigesima secun-
 da, Beda, Euthymius, & Theophylactus in enoiciant,
 Principem istum non ideo dixisse mortuam esse

esse filiam suam, quod vere mortua esset; sed vel
 quod adeo grauior, cum ipse domo discessit, agros
 taret; vti iam mortuum esse coniceret: aut quod or-
 rationem dolor exaggerauerit. Augustinus libro se-
 cundo de consens. Euangel. capite vigesimo octauo,
 Mattheum non recitasse, quod princeps dixerat, sed
 quod cogitabat. Probabilius est, quod quidam pu-
 tant, vtrumque dixisse, & in extremis esse, & iam esse
 mortuum. Initio quidem dixisse eam in extremis esse
 se, postea venisse familiares, qui mortuam esse nun-
 tiarent, vt Marc. 5. 35. & Luc. 8. 49. exposuerunt; tum
 principem Christo dixisse, quod Mattheus narrat,
 filiam suam iam esse mortuam. Illud ego mihi per-
 suadeo non dixisse principem Synagoga simul, que
 Mattheus simul narrat, filia modo defuncta est, sed veni,
 impone manum tuam, & viuet, sed hæc verba, veni im-
 pone manum tuam super eam, dixisse, antequam mor-
 tuam esse sciret. Morte autem audita potius rogasse
 Christum, aut rogare cogitasse, ne veniret, cum mor-
 tua iam esset, & quia Marcus, & Lucas ita narrant, &
 quia accepto nuntio de morte Christi illi dixit,
 nolui timere, crede tam enim & salua erit, quasi iam time-
 re cepisset, ne Christus, qui moribundam sanare
 poterat, mortuum suscitare non posset, & quia ho-
 minem Iudæum, eumque Synagoga principem cre-
 dibile non videretur tantam habuisse fidem, vt cre-
 deret posse Christum mortuam iam puellam tactu
 manus suscitare.

20. Et ecce mulier. [Cuiem fuisse Casareæ Philippi,
 que Christo statuat ante domum suam postre-
 cepti beneficii monumentum, scribit Eusebius
 libro 7. capite 28. & Sozomen. libro 5. capite 21. cuius
 & Theophylactus hoc loco mentionem facit. Itaque
 minus est probabile, quod in libro de Salomone ca-
 quinto, Ambrosius scribit fuisse Martham Lazari
 forem.]

Quæ duodecim annis. Facit hoc ad miraculi proba-
 tionem, sicut quod Marcus c. 5. 26. & Lucas c. 8. 43.
 expresserunt, eam omnes suas facultates in medicos
 expendisse, non proficisci quequam. His enim cir-
 cumstantiis docent non solum inueteratum, sed et-
 iam incurabilem fuisse morbum, vt magis crediti-
 onis miraculum appareat.

Accipit vno. Non est causa palam accedere, siue,
 vt quidam putant, humilitate, siue, vt Opatius libro
 quinto contra Parmen. & Ambrosius libro de Salo-
 mone capite quinto, pudore, quod turpi laboraret
 morbo, siue quod, vt alii dicunt, lege a consorcio ho-
 minum arceatur. Leuit. 15. 24. Fluxum autem san-
 guinis, multi fluxum feminis fuisse putant, qui hone-
 stiore vocabulo fluxus sanguinis appellatur, vt Chry-
 sostomus homilia trigesima secunda, & Theophylactus
 in commentariis.

22. At Iesus conuersus, & videns. *Inter quos* *inter quos*
 conuersus, & aspiciens, quasi ignoraret, & quæretet,
 quis esset, qui se tetigisset, vt alii narrant Euangeli-
 sta. Quod ideo fecit, & mulier videns se latere non
 posse, proderet se, & miraculo non ex eius, qui con-
 tulerat, sed ex eius, que beneficium acceperat, ore
 cognoscere. Quod autem Lucas capite 8. 46. ait,
 dixit Christum, Tetigisti me aliquid, nam ego noui vir-
 tutem de me existit, humano locutus est more, quasi
 ex illo virtus exisset, quemadmodum solet ex
 corpore facta vena sanguis exire. Narrat Lucas di-
 xisse discipulos Christum: Turba comprimit te, & dicit,
 quis me tetigit? In que verba Dicitur Augulimus mul-
 tis locis notare solet, non omnes, qui sequuntur, &
 tangunt Christum, vere tangere, sed potius comprime-
 re, eos vere tangere, qui fide ad Christum acceden-
 tes fructum percipiunt. Fide, inquit Ambrosius,
 tangitur Christus, lib. 6. in Lucam.

Consule filia. [Apparet mulierem, cū videret quæ-
 riā a Christo, quis se tetigisset, valde timuisse, quasi
 sacrilegium patraisset, & clam sanitate furata es-
 set, vt Chrysoſtomus ait, poenatque temeritatis suæ

datura esset, vt Marcus capite quinto, trigesimo ter-
 tio, & Luc. c. 8. octauo, quadragesimo septimo, de clari-
 rant. Mulier vero timens, & tremens, quod factum
 esset in se, venit, & proclamat ante eum, & dixit ei omnem
 veritatem, ideo iubetur considerare, id est non timere,
 bono esse animo. Quod autem Marcus mulierem,
 Mattheus filiam à Chruto vocatam dicit, leuis dis-
 sensio est; alter verba, alter sententiam recitat.
 Vter verba? Mattheus opinor, quia magis conuenit
 benignitati, & consuetudini Christi, vt filiam quam
 vt mulierem appellauerit; præsertim quam etiam
 tem ac pauidam blandioribus verbis erigere vole-
 bat, vt supra versiculo secundo, *confide fili, remittuntur*
tibi peccata tua. Quærent nonnulli, cur Chryso-
 stomus, & Theophylactus ideo noluisse, vt & Dei glo-
 ria magis eluceret, & fides principis Synagoga, qui
 Christum sequebatur, confirmaretur. Quæ Iomnina
 Valentiniani ex hoc loco confinxerunt, scribit Ire-
 nezus libro secundo, capite 36. Caluinus valde hoc
 loco sudat timens, ne hinc reliquiarum vitium com-
 probemus, & quibus teneri se videt, vincula, quia
 soluere non potest, rumpit. Primum hanc mulierem
 indiscreto zelo, vt eius vtr verba, Christi simbra
 tetigisset ait, & aliquid in ea fuisse superstitiosum. De-
 inde quamvis tactu simbra fanata sit, factum tam
 fuisse singulare quod ad exempli imitationem vale-
 re non debeat, vt propterea ex reliquis sanitate
 petamus. O animum, o cœcos homines, qui non vid-
 ent hunc nō tantum hereticum, sed profusum, etiam
 diabolicum esse spiritum. Euangelista omnes etiam
 diligentia hanc circumstantiam expresserunt,
 quod dixerit intra se, tetigisti tantum simbram vesti-
 menti eius, salua era, vt singulare eius fidem decla-
 rarent, atque commendarent; ille bonus Euangeli-
 sta indiscretum zelum vocat. Christus eius fidem
 non solum effectu, sed verbis etiam approbat, *fidem*
tuam saluam fecit; Caluinus superflitionem fuisse do-
 cet. Tales hodie magistros mundus metetur.

23. Tibicines. Putat Theophyl. propterea quod
 innupta puella erat, & vt Marcus, & Lucas scribunt,
 duodecim tantum annorum tibias, in nuptias
 fuerat habitura, de more gentis ad finem adhibitas.
 At eam fuisse consuetudinem amam auctorem non
 habeo. Verius, quod lib. in Lucam. 8. Ambrosius
 scribit morem fuisse Gentilium, vt ad omne finem
 lamentatrices, & tibicines adhiberetur, qui lacrymas
 audientibus cantatis nentis elicerent, eamque con-
 suetudinem ad Iudæos quoque permanasse. Ecce
 lamentatricibus quidem Ieremias capite 9. 17. men-
 tionem fecit; & memini ego, cum etiam in nonnul-
 lis Hispaniæ locis adhiberentur, nunc res exoleuit,
 de tibis Euangelistæ satis est testimonium; nec ne-
 nim aliud in sacris literis habemus, sed profanus
 poeta dixit.

Cantabat mastu tibia funeribus.
 Hæc omnia ideo narrat Euangelista, vt miracu-
 lū augeat, probans vere eam mortuam fuisse adole-
 scentulam, cum iam tibicines acciti fuissent, vt tota
 planctu familia turbata tumultuaretur. Eadem ratio
 ne Marcus & Lucas notauerunt venisse nuntios, qui
 affirmarent patri iam esse mortuam, nec esse cur
 Christum vexaret.

Recedite. Cur turbam iubeat recedere, varias va-
 rii auctores asserunt causas. Chrysostomus homilia
 32. Hilarius, & Theophylactus quod turba indigna
 esset, quæ miraculum videret, quia tumultuabatur,
 quia fidem non habebat, quia Christum dicentem
 non esse mortuam, sed fomo oppressam detende-
 bat. Alii quidam, ne multitudinem miraculum obscu-
 raretur, quod credibile non est, non enim solent mi-
 racula spectatorum multitudine obscurari, sed ma-
 gis inclarescere. Vera causa, vt mihi quidem vide-
 tur, ex Marco capite 5. 43. & Luca 6. 6. facile colligi-
 tur. Vterque enim narrat Christum parabolis puellæ
 vehemen-

*Caluini im-
 pudentia
 reprehendi-
 tur cœca rati-
 onis arbitri-
 um.*

*Tibicines hæ
 iustitiam.*

*Quid 4.
 facti.*

vehementer præcepisse, ne quis id sciret. Propterea ergo turbam excludit, quæ continere secretum nescit. Propterea illi dixit, non est mortua puella, sed dormit, ut, cum postea ambulatam videret, non à morte suscitatum; sed à somno expergefactam putaret. Delusit enim Christus turbam ambiguitate verborum. Quam autem ob rem noluerit Christus miraculum diuulgari, versiculo vigesimo quarto dicitur. Marcus & Lucas scribunt quinque tantum testes Christum admisisse, Petrum, Iacobum & Ioannem, & patrem, & matrem puellæ. Nam quod Caluini dicit etiam comites principis Synagogæ intro ductos fuisse, puerilis est error hominis Grammaticam non intelligens. Putauit enim homo suo iudicio valde acutus apud Marcum capite 5. 40. cum dicitur Christus assumpsisse patrem, & matrem puellæ, non ad patrem referri, cum vt constat ex versiculo 37. ad Christum referatur. Quod si Caluinus veteris interpretem, quem tantopere contemnit, secutus fuisset, non errasset, quia non vertit, qui cum eo, aut cum ipso erant; sed qui secum erant.

Caluini puerili error in harmon.

24. Non est mortua puella, sed dormit. Augustinus libro secundo de consensu. Euangel. capite 28. non puellam, sed mulierem legit, aut errore memoria; aut quod magis credo, ex antiqua versione. Quaritur ab omnibus, quod sensu dicat Christum non esse mortuam puellam, sed dormire. Plerique putant scripturam more loqui, quæ mortuos dormientes vocare solet, quia omnia Deo viuunt, vt Hieronymus Chrysostronus, Theophylactus hoc loco respondent. At Christus non solum dormire dicit, sed mortuam esse negat. Scriptura autem etiam mortuos, quia resurrexerunt aliquando sunt, dormientes appellat, mortuos non negat esse, & vt versiculo 23. diximus, manifestum est Christum turbam fallere voluisse, persuadere que non esse mortuam. Nec, vt alii existimant, ideo dormire, non mortuam esse dicit, vt significet paulo post esse à se suscitandam, sicut de Lazaro dixit Ioannis 11. 11. 12. Lazari amicus noster dormit. Nam Lazarum non negauit esse mortuum, sed potius significauit, cum dormire dixit; quod cum discipuli nondum intelligerent, aperte dixit, Lazari amicus noster mortuus est, versiculo decimo quarto. Hic autem & dicit, & credi vult puellam non esse mortuam, & non intelligentes, sed potius deridentibus non explicat, quod modo dormiat. Voluit ergo significare vere non esse mortuam, sed dormire, vt quemadmodum versiculo præcedenti diximus, turba expergefactam, non suscitandam putaret, & miraculum non diuulgaret, quod pro miraculo non haberent. Dicit autem non esse vere mortuam, non quod vere mortua non esset, sed quod non esset mortua eo modo, quo turba putabat, ita vt ad vitam reuocari non posset. Nam si turba sciuisset paulo post surrecturam, vt vere surrexit, non mortuam fuisse, sed dormisse existimasset. Loquitur ergo Christus ex eorum opinione non, quam habebant (credebant enim vere fuisse mortuam) sed quam eos habituros sciebat, si cognouissent paulo post fuisse surrecturam.

25. Tenuit manum eius. Solo verbo suscitare potuit, sed ideo manum tenuit, quia à patre rogatus fuerat, vt manum illi imponeret versiculo 18. & vt ostenderet se non aliter mortuam, quam dormientem, vt paulo ante dixerat, prehensa manu suscitare. Sollemus enim eorum, quos dormientes, aut agrotantes excitare, & leuare volumus, manum apprehendere. Sicut idem Christus socrum Petri decubentem apprehensa erexit manu cap. 8. 15. Alias causas, cur Christus solitus sit agrotos, aut mortuos manu tangere ca. 8. 15. exposuimus.

Et dixit. Imperat animæ, vt redeat, quia ipse habet clauem mortis & inferni, Apocal. 1. 18. ipse mortificat & viuificat, deducit ad inferos, & reducit primo Regum secundo, sexto, Lucas versiculo quin quagesimo

quarto, dicit clamasse; quod etiam in Lazari suscitacione Ioannis 11. 43. fecisse legitur, non quod voce illi aut magna, aut parua opus esset, sed vt more hominum loqueretur, qui eos, qui longe distant, clamando vocant, quasi volens significare non solum mortuam fuisse puellam, sed etiam eius animam abfuisse. Vbi nescimus, sed tamen, si quid sciri potest, comodus apud Lucam capite decimo sexto, vigesimo secundo, inuestigabimus, vbi locus ipse & disputandi occasione, & inueniendi argumenta suppeditabit. Scribunt Marcus, & Lucas Christum patri, & mari puellæ grauius præcepisse, ne quis id sciret. Quod cur fecerit, ignoramus; scimus tamen Christum non sine summa ratione, & consilio fecisse; & quantum ego assequi coniectura possum, ad vitandam Phariseorum & Scribarum fecit inuidiam, qui si inuoluntaria ferre non poterant, quid facturi erant, si mortuos suscitatos audiuissent? Animaduertimus enim de solis mortuis suscitatis, & curatis cæcis Christum, ne id sciretur, venturum infra versiculo trigesimo, quia cateri morbi curabiles ridere poterant; vitam, & visum nemini ignorabat non posse vlla arte semel amissum reuocari. Nam leproso, quem mundauerat capite octavo quarto, non absolute dixit, ne cui id diceret, sed ne antequam se sacerdotibus ostendisset. At sciebat vtique Christus miraculum, quum ipse præciperet, non esse celandum, sciebat futurum quod Euangelista factum narrat versiculo vigesimo sexto, & exiit fama hæc in vniuersam terram; cur ergo præcepisset? Vt faceret, quod in se erat. Sciebat Iudam futurum proditorum, cur elegit? sciebat homines mandata sua non facturos, cur dedit? sciebat peccatum Adamum, cur fecit? sexcenta sunt eiusmodi. At si non expediebat, vt miraculum tunc diuulgaretur, & tamen diuulgandum sciebat, cur fecit? Quia non de buit Phariseorum inuidia credenti principi deus esse, quod minus eius filia suscitauerat.

26. Exiit fama hæc. Ad probationem miraculi hoc dicit Euangelista, ne quis à se factum putet: testis enim tota fuit regio. Hoc enim significat. Ita 27. dicitur Omnis terra illa, id est tota illa prouincia. Eodem consilio Marcus c. 5. 42. dixit factum miraculo omnes obstupuisse, & vt que Euangelista Marcus & Lucas dixit Christum, dante illi manducare, vt edendo ostenderet se non esse phantasma, sed vere suscitandam, quemadmodum Christus ipse, vt se suscitatum doceret, post resurrectionem cum discipulis edit, & bibit Lucæ 24. 41. 43. Ioan. 21. 5. Act. 10. 41. scio non esse necessarium argumentum, est tamen probabile, vt apud Lucam disputabimus.

28. Cum autem venisset domum. Cur non in via curauit? Respondet Chrysostronus, Euthymus, & Theophylactus, vt secretis domi curaret, doceretque gloriam non querere. Alii, quod probabilis videtur esse, vt eorum fidem experiret. Est etiam vero simile Christum in initio cognouisse eorum fidem non satis esse perfectam, voluisseque, vt tempore patientiæ, & maturet. Nec mirum. Cæci enim erant, & miracula, quæ Christus faciebat, audire tantum poterant, non videre. Hæc autem vera fides est, vt Gregorius, & Augustinus ait, Credere quod non vides. Fidei sunt Beati, enim, qui non videntur, & crediturunt. Ioannis vigesimo, vigesimo nono. Qui vere fideles esse volunt, cæcos esse oportet, antequam credant; credentes videbunt.

30. Aperi sunt oculi eorum. Id est viderunt, nam & ante aperti erant, sed clausi esse dicebantur, si species effectum, quia non magis videbant, quam si species omnino clausi. Ita Hebraei loqui solent. Saie trigesimo quinto, quinto. Tunc aperiuntur oculi cæcorum, & aures surdorum pariebunt, & quadragesimo secundo, sexto, septimo. Dedit in sudam populi, in lucem gentium, vt aperiret oculos cæcorum. Ita infra capite vigesimo, trigesimo tertio, & Luc. vigesimo quarto, 31. Ioann.

Cur Chri. sic mira. cula sua vulgaria. iuit.

Caluini in harmon.

Vulgata etiam in armon.

31. Ioann. 8. 10. 11. 21. 26. 30. 42. & 10. 21. Aliquando dicuntur aperiuntur oculi quante non modo non clausi, sed ne cæci quidem erant, quia non videbant, quod vident postea, sicut primis parentibus dicuntur sumpto cibo illo venio aperti fuisse oculi, quia nuditatem suam, quam ante non cognoscere bant, cognoscere ceperunt. Genes. tertio, septimo. Eodem sensu aures dicuntur aperi Mar. septimo, trigesimo quinto. Et committatur est. Male mihi videtur Euthymius hoc factum interpretari, & secus opinio, quam Christi mansuetudinem deceat. Interminatus, inquit, est, ausere videlicet intuens, contraxit supercilium commoto capite, quos ego gelus alienissimos à Christi moribus fuisse credo. Nam etiam verbum contraxit, quod Græce Euangelista vsus est, interminationem cum increpatione, & vocis auctoritate, & veluti fremitu coniunctam significat; tamen Christo non ex hoc verbo, nisi quantum decet, tribuendum, eum serio & grauius cæcis præcepisse, ne cui quid dicerent. Cur autem præcepit, veram nos causam paulo ante exposuimus versiculo vigesimo quinto. Aliam hoc loco Hieronymus & Beda & Gregorius libro decimo nono, moral. capite decimo quarto, rationem asserunt modestia & humilitate id Christum fecisse. Hilarius vero, quod Christi miracula prædicare Apostolorum esset officium, quod ali non debebat vsurpare.

31. Illi autem exeuntes distauerunt. Famam Christi, & facti miraculi diuulgauerunt, propria verbi significatione, & verbi Græci significatione ex quo respondente distauerunt, quamquam apud Latinos auctores parum vsitata, apud quos non memini legitur, nisi in malam partem, idque peritio; forsate, si plures haberemus auctores, etiam in bonam apud aliquem legeremus. Nostrium interpretem constat in bonam partem possit. Quaritur à nonnullis, num cæci illi peccauerint, qui contra Christi, vt videtur, præceptum, miraculum diuulgauerunt. Valde eos hæreticus interpres reprehendit, quod verbis Christi, quibus ipse credere non solet, non obediunt. Omnes tamen veteres auctores merito videntur excusare, quod non tam, vt non obediunt, quam vt grati essent, id fecerint, Chrysostronus homilia trigesima tertia, Hieronymus, Beda, Theophylactus. Est etiam vero simile credidit, eos Christum non serio, sed modeste suæ causâ, ne id dicerent, venturum. Nec mirum, eum tam inulti postea tam docti viri Hieronymus, Gregorius, & Beda idem existimauerint.

32. Ecce obtulerunt. Verbum sine supposito Hebraeorum more, quia ex ipso verbo solent desumere, obtulerunt, sub offerentes. Primum hoc loco dubitari potest, num hæc eadem sit historia, quæ à Luca narratur capite vndecimo, decimo quarto. Nonnulli, qui apud Lucam alio loco posita vident, dicentiam putant. Sed multo est probabilis eadem, & vnam esse, quia vtrobique demonium mutum erat, vtrobique cæcus demonio turbæ dicuntur admirare, vtrobique Pharisei dixerunt, in principe demonium eiecit demonias; quæ omnia vix in diuersa miracula conuenire poterunt. Sed Lucas mirum ordinem rei gestæ non seruauit. Nam hoc miraculum statim post curatos duos cæcos accidisse aperte Mathæus dicit; Lucas vero non dicit, sed non negat.

Mutum. Quod quod non, vt hoc loco Hieronymus admonuit, magis surdum, quam mutum significare solet, vt Mar. septimo, trigesimo secundo, sed aliquando etiam mutum, vt hoc loco; sequitur enim, & locutus est mutus, & capite duodecimo, vigesimo secundo, & Luc. vndecimo, decimo quarto. Quod quidem etiam ex his, qui nostram versionem ex Græca corrigere voluerunt adnotatur, mutum posse vel cum demonio, vel cum homine coniungi, ridiculum est, nec enim Græce vlla est am-

biguitas ἀδύνατον καὶ τὸν δαίμονιον. Quam apud Lucam capite vndecimo, decimo quarto, demonium ipsum mutum appellatur, vt non modo non clausi, sed ne cæci quidem erant, quia non videbant, quod vident postea, sicut primis parentibus dicuntur sumpto cibo illo venio aperti fuisse oculi, quia nuditatem suam, quam ante non cognoscere bant, cognoscere ceperunt. Genes. tertio, septimo. Eodem sensu aures dicuntur aperi Mar. septimo, trigesimo quinto. Et committatur est. Male mihi videtur Euthymius hoc factum interpretari, & secus opinio, quam Christi mansuetudinem deceat. Interminatus, inquit, est, ausere videlicet intuens, contraxit supercilium commoto capite, quos ego gelus alienissimos à Christi moribus fuisse credo. Nam etiam verbum contraxit, quod Græce Euangelista vsus est, interminationem cum increpatione, & vocis auctoritate, & veluti fremitu coniunctam significat; tamen Christo non ex hoc verbo, nisi quantum decet, tribuendum, eum serio & grauius cæcis præcepisse, ne cui quid dicerent. Cur autem præcepit, veram nos causam paulo ante exposuimus versiculo vigesimo quinto. Aliam hoc loco Hieronymus & Beda & Gregorius libro decimo nono, moral. capite decimo quarto, rationem asserunt modestia & humilitate id Christum fecisse. Hilarius vero, quod Christi miracula prædicare Apostolorum esset officium, quod ali non debebat vsurpare.

Demonis qui mutus, & quomo. do.

Enargu. mena. Biturigibis curata ab. 1578.

33. Eiecit demonio. Non exigit à demonio cæcum vt à cæcis, quia mutus erat, & quia multi surdi esse solent, etiam surdus, vt nec audire, nec respondere posset, Chrysostronus, Euthymius, Theophylactus.

34. Pharisei autem. Turbis credentibus, & admirantibus Phariseos non credentes, sed etiam murmurantes, & blasphemantes opponit, Chrysostronus homilia 33.

In principe demoniorum. Tanquam vnus ex ipsiis demonibus, tanquam diaboli minister, diabolica virtute, Lucas cap. 11. 15. in Belzebub principe demoniorum, sic enim ex famoso idolo, vt illic exponemus, appellabatur. Summa, vt notat Chrysostronus, cæcitas; solet enim inuidia sic homines obsecrare, vt quid dicant, non videant. Quomodo enim poterat Satanas Satanam eiecere, vt illos Christus coarguit capite 12. 26. Marc. 3. 22. Luc. 11. 18.

37. Messis quidem multa. Hoc est in multis antiquis libris, etiam apud Strabum, Hugonem, Lyrantum decimi capitis initium. Et quidem non absurde; hinc enim eius sententia dependet. Redditur enim hoc loco causa missionis Apostolorum de qua agitur ca. 10. 1. nam propterea missi sunt, quia messis erat multa, operarii autem pauci. Messiem vocat auditorum multitudinem verbis Dei audientium audire. Excitatur enim, qui seminat, id est Christus ipse feminare semen suum; creauerat feliciter semen, & seges matura iam erat ad messem propterea non iam messem, non segetem, sed messem vocat Luc. 10. 2. Ioan. 4. 35. 38. Chrysostronus, Euthymius.

38. Dominum messis. Chrysostronus, & Euthymius dominum messis Christum ipsum intelligunt. Et est ille quidem vere Dominus, sed probabilis tamen est patrem suum dominum messis appellare, sicut alio loco dicit, pater meus agricola est. Ioan. 15. 1. Vinea quoque dominum non se, sed patrem facit, infra ca. 21. 33. Mar. 12. 1. Luc. 20. 9. se filium familias esse significat, qui pro patre & semente facit, & metit; quemque pater, cum multis mississet seruos, vt à vitatoribus fructus acciperent, aliumque contumelios affectum dimississent, alium lapidassent; ad extremum missi dicens, versibus.

tur forte filium meum.